



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

[S.I.], [ca. 1650]

Capvt II. Caroli Magni, ad lucrandas Christo animas & regna, Zelus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45568

Susceptum opus auxilium haudqua-
quam inefficacibus votis inuocatu-
ros speramus, præsertim cùm non
aliud, quām quod ipse adueniens,
mentibus, quas repleuit, ad profe-
rendum inspirauit, Dei scilicet *ma-*
gnalia loqui, & ipsum mirabilem in- Ador. 2.116
Psal. 67.36
sanctis suis monstrare conemur.

Sed antequam ad rei gestæ or-
dinem veniamus, causam Trans-
lationis memoratæ, atque exordi-
um constructionis Ecclesiæ, quæ
q[ua]nto cælitùs illustrari meruit the-
sauro, referre breuiter congruum
arbitramur.

CAPVT II.

Caroli Magni, ad lucrandas Christo animas
& regna, Zelus.

IGTVR vbi primū glorio-
sæ memoriæ Carolus Impera-
tor concertatione longissimâ,
& varijs præliorum euentibus cum
gente Saxonum exactis, illos ferro.

C 3 edo.

edomitos Christi fidem suscipere fecit, suoque addidit imperio, clarum illicò dedit indicium, quâ frētus intentione, tam diuturnum la-

Carolus M. borem infatigabilis ferre potuerit.

Saxones 33. Siquidem vt in libello vitæ ipsius annorum bellō fati- gatos do- mis.

legitur, triginta & tribus continuis annis bellum cum eadem gente ges- sit. Quâ tandem partim armis, par- tim liberalitate, per quam maximè primorum eius animos sibi deuin- xerat, superata, totum exinde suum adhuc contulit studium, vt pro tā- tarum saluatione animarum popu- li, post tot sacula cultum dæmo- num relinquens, fructum sui la- boris ex Dei remuneratione confe- queretur. Et vt se magis Christianæ religionis, quam regni sui dilatandi causa, tantæ rei difficultatem ag- gressum ostenderet, Ecclesiás per o- mñem regionem illam, ad quas ru- dis in fide populus confluere doce- retur, & Sacramentis cœlestibus iniiciari consueceret, sub quantâ potuit

*Ecclesiás
illis multas
exstruxit.*

potuit celeritate construi fecit, atq;
 parochias diligēti ratione suis quaf-
 que terminis seruandas designans, *Ciuitatum*
 quia Ciuitates in quibus more an- *ea regio. b.*
 tiquo sedes Episcopales constitue- *nops.*
 rentur, illi penitus prouinciae deē-
 rant: loca tamen ad hoc, quæ &
 naturali quâdam excellentiâ & po-
 puli frequentiâ præ cæteris oppor-
 tuna videbantur, elegit. Tum
 verò vix reperiebantur, qui bar-
 baræ & semipaganæ nationi præ-
 fules ordinarentur. Cuius inter- *Saxones sa-*
 dum ad perfidiam relabentis co- *pius recidi-*
 habitatio, nulli Clericorum tu- *ui.*
 ta videbatur: cui Ecclesiasticum
 officium, & quicquid ad rerum
 diuinarum pertinet cultum, non
 solum deērat, verùm ignotum
 omnimodis erat. Quocirca vnam- *Vnde Ecclæ*
 quamque prædictarum Pontifica- *stasticis*
 lium Sedium cum suâ Dioecesi
 singulis aliarum regni sui Ecclæ- *Præsulibus*
 stiarum Præsulibus commendauit,
 qui & ipsi quoties sibi vaca- *contradicti*
 ret, *ad inferen-*
 da illi fidei
 Christianæ
 dogmatæ.

ret, ad instruendam, confirmā-
damque in sacrâ religione ple-
bem, eò pergerent, & ex Cle-
ro suo personas probabiles cuius-
cunq; ordinis, cum diuerso rerum
Ecclesiasticarum apparatu, ibidem
mansuros iugiter destinarent. Et
hoc tamdiu, donec annuente Do-
mino salutaris illic fidei doctri-
na conualeceret, & ita diuini usus
ministerij proueheretur, ut proprij
quoque in singulis Parochijs dignè
& fiducialiter possent manere Pon-
tifices.

CAPVT III.

*Paderbornensis Ecclesia & urbis latifundia:
Miræ Fontium scatur-gines. Aër quo nullus
vppiam salubrior.*

INTER omnia vero loca, con-
stituendis principalibus Eccle-
sijs in hac, de quâ loquimur,
prouinciâ designata, Paderbornen-
sis se-